Crac. Stud. Univ. Jagell.
Promotiones. Ord. Phil.
1604.

...157.

Ingenuo ac erudito Adolescenti D. Andreae
Charlos Varsav. primam lauream
in Acad. Crac. feliciter accipienti studia
si et amici sui scripserunt.

INGENVO AC ERVDITO

ADOLESCENTI

DOMINO ANDREÆ CHAVLOS VARSAVIEN:

PRIMAM LAVREAM IN ACADEMIA Cracouien: feliciter accipienti, ſtudioſi & amici ſui ſcripſerunt.

CRACOVIÆ,

Anno Domini, M. DC. IIII.

ODE

Tricolos Tetraſtrophos.

DVros labores, hactenus in via
CHavlos tuliſti, quam variæ occupant
Formæ, Dearum viſu amænæ,
Terribileſq́ue moleſtiarum.
Blandus parentum vincula ſunt amor,
Tenent paternæ, delitiæ plagæ,
Tendenti ad Æctæas Camœnas
Impedimenta fuêre nulla,
Secutus es mox Sicelidum Deas,
Et ſic dediſti, labra Heliconio
Fonti, ſitim vt nunquam fugare,
Temporibus dare nec quietem
Velles, vagans in bicipiti iugo.
Non te tenaci propoſito tuo,
Aut lectionum difficultas,
Socratici aut ſolidus Panætj
Deterruit nodus; modo iam toga
Ornatus, hortos Heſperidum libens

Intrans amœnos, penſitato
Præmia quæ capiunt labores.
Hic iam Camœnæ feſſa recolligunt
Sudore membra, & geſta canunt virûm:
Prudentiam facundi Vlyſſis
Hîc capis, Iliacaſque pugnas.
Nam prima Clio, præteritos canit
Annos virorum pectine; poſt eam
Mox ſparſa crines inſoleſcit
Melpomene tragico boatu:
Regina verò Calliope tuos
Libris honores carmine Lesbio
Commendat; Euterpeque aſylum
Varſauiam memorat Poloni
Senatus. Inter Cynthius has Deas
Lyræ loquaces pollice perſonat
Chordas, & aduenas parata
Sede locat, Cytharaque dicit.
Hoc tu morêris fulgidulus loco,
Lentuſque partis vtere fructibus,
Certus labores poſt, voluptas
It comes, Encomium celebre.

Sedis

Sedis paternæ nomina trans mare
Vehit profundis Istula fluctibus,
Æquant Senatores Olympo,
Dote tui ingenij patebunt
Septemtrioni ac Hesperiæ simul.
Ad altiores tu properes modò
Laudes, corollas fert Apollo
Innumeris nitidas Pyropis.

STANISLAVS LEVICKI.

O D E.

Dicolos Tetrastrophos.

MVsa; nunc adsis; referas recentes
Chaulosi laudes, studiumq; mundo
Pande: nunc alto capiti sacratam im-
Pone coronam,
Gestiant Nymphæ fidibus canentes,
Ipse vel Cyrrhæus Apollo, lætus
Barbitum sumat, teneroq; chordas
Pollice tangat,

Vana, quòd non ſit Latiæ Mineruæ
Cura; vanus nec labor; otium nam
Decipit multos, meritoq; priuat
Munere Phœbi.

Te canebant Pierides futurum
Palladis doctæ decus, & puelli
Monte ſtipabant violis in Hibla
Tempora parua.

Laureâ; nunc eximiâ laborum
Luce donaris, merito ſtudentum
Præmio, virtutis apud peritos.
Stemmate pulchrò.

Nomen, hæc tutum nitidumq́; ſeruant.
Siue ſis ſeptus mediis in armis
Martis, ignotus Gethicis vel erres
Hirus in agris.

Siue per ſyluas minus hoſte tutas,
Aut eas horrenda per antra Tigris,
Siue te credas tumidæ procellæ
Oceanoq;

Te chelis Phœbi, Sophiæq; ſplendor
Omnibus carum faciet, periclo

Literarum

Literarum munere, crede fies
Tutus ab omni.
Havloſo omnes; nunc igitur Camænæ
Ferte iam lauros: date mille honores,
Commoda, & circum vigilans cerebrum
Ducite myrto.

MARTINVS DĘBOVIVS.